



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 859. Usque Ad Annum 887

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117875

§. 20. Concilium Pistense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66112](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66112)

mini anno octingentesimo sexagesimo Sæculum IX.
 motus terræ totam civitatem Constan- A. C. 862.
 tinopolitanam perterruisset, Basilius Ar-
 chiepiscopus Theffalonicensis ausus est
 virili constantia Principem corripere, di-
 cens, eum factis impiis iram Dei in to-
 tam civitatem provocare. At Impera-
 tor more tyrannorum incensus Episco-
 pum colaphis tundi iussit tam crudelem
 in modum, ut dentes exciderent, mox-
 que dorsum ita flagris (*) dilaniari, ut
 etiam de vita periclitaretur. Photius e-
 contra ab Imperatoris latere non avelle-
 batur, & cum sacrilegis histrionibus
 mensæ ejusdem accumbebat. Unde ipse
 Imperator cavillans dicere solebat: *Ego*
Theophilum (erat is Ludionum suorum
 princeps) *habeo Patriarcham, Cæsar Pho-*
tium, & Christiani Ignatium.

p. 1214.

§. XX.

Concilium Pistense.

In Francia Rex Carolus Calvus eodem to. 8. Conc.
 anno octingentesimo sexagesimo se- p. 755. 776.
 E 5 cun. Ann. Bert.
 862.

(*) Id quoque Græcorum mores non pa-
 rum dehonestabat, quod sæpissime non plebe-
 jorum modo, sed etiam virorum Magistratu spe-
 ctabilium, Consularium, Presbyterorum, Archi-
 episcoporum, Patriarcharum, & Imperatorum de-
 positorum etiam, humeros virgis cædere non
 puderet.

Sæculum IX. cundo, Indictione decima, cum annum
A. C. 862. Regni sui vigesimum tertium auspicaretur,

Concilium celebravit. Jussit in
 quemdam vicum, vulgo *Pistres* ad Se
 quanam, ubi in eam Andela undas de
 volvit, ad repellendos hostes parari
 quippe Normanni ibi castra munita ali
 quamdiu tenuerant. Apud illum igitur
 locum ad promovendum opus commo
 rans Comitibus convocavit, Conciliis dein
 de adnumerata, quo Episcopi ex quatuor
 provinciis convenerunt. In iis Capitula
 re, quatuor amplos articulos comple
 ctens, ad reprimenda latrocinia promul
 gatum. Primo Rex ceterique in hoc

c. 1.

Conventu præsentibus profiterentur, illis
 temporis calamitates præsertim Normannorum
 latrocinia pœnas esse, a justo Cœlo ad
 castiganda peccata ipsorum immissas.
 Deinde statuitur, ut cuilibet Episcopo
 in sua Diœcesi, Regibus præfectis in
 suo territorio, & Comitibus in suo Co
 mitatu, curæ sit, raptos ad satisfaciendum
 legibus compellere. Episcopi autem
 secundum Canones pœnitentiam hujusmodi
 criminis convictis injungant.

c. 2.

c. 3.

His, qui ejusmodi flagitia publice per
 traxerunt, tempus usque ad Festum S. Remigii
 prima die Octobris celebrandum præstituitur,
 intra quod Deo & parti læ satisfaciant.
 Si non obediant, omnia eorum

eorum Bona Fisco addicantur, & ipsi ex-
 communicentur. Pœnæ in præcedenti-
 bus Capitularibus statutæ renovantur.
 Optimates rapinarum a suis Vasallis &
 familiaribus commissarum rationem red-
 dere teneantur. Eos Episcopi excom-
 municent, donec damna illa refarciant,
 & subditos ad peragendam pœnitentiam
 compellant. Episcopus qui suo officio,
 cum castigandi Optimates aliive tenuio-
 ris conditionis homines essent, defuerit,
 a Communione Confratrum suorum ex-
 cludatur. Sed tam exigua erat istarum
 legum reverentia, ut malis non tam me-
 derentur, quam proderent, esse illa re-
 mediis longe majora.

§. XXI.

Rotadi Sueffionensis causa.

Rotadus Episcopus Sueffionensis quere-
 lam contra sententiam, in se anno su-
 periore ab Hincmaro Metropolita suo
 latam, ad Concilium Pistense detulit. Is
 jam ultra annos triginta Sedem Episco-
 palem Sueffionensem tenens, cum alteri
 Rotado anno octingentesimo trigesimo
 primo successisset, circa annum octingen-
 tesimum quinquagesimum octavum
 quemdam suæ Diœcesis parochum, cum
 muliere in flagranti scelere deprehen-
 sum, & pudendum in modum mutila-
 tum, in Concilio triginta trium Episco-
 porum

Sæculum IX.
 A. C. 862.

An. Bert.
 862. Coint.
 an. 831. n. 29.
 Lib. Rot. to.
 8. Conc.
 p. 787.